

vitam deniq; & sanguinem, sed cum scriptum sit,  
Deo magis est obediendum, quam hominibus,  
non posse se suam conscientiam aliter saluam &  
incolumem reuinere, quam si etenus se & sua  
scripta cognitioni Cæsareae Maiestatis, & Ordinū  
Imperiū subiiciat, quatenus cognitio illa iuxta  
verbi diuini testimonia instituatur. Ergo, inquit  
Brandenburgicus Elector, tu non vis cedere, Lu-  
there, nisi conuincaris sacris literis? Hæc, inquit  
Lutherus, Elector Clementissime, summa est ser-  
tentiae & orationis meæ. Atq; ita discessum fuit.  
Trenirensis autem adhibitis quibusdam familiari-  
bus cepit priuatim agere cum Luthero, sed fru-  
stra. Eadem enim de iisdem constanter & animo-  
se Lutherus semper repetiit. Postero die signifi-  
catur Luthero, Cæsarem prorogasse fidem publi-  
cam, & adieciisse bidui spaciam, ut commodius  
cum eo de precipuis rebus disseri posset. Ea in re  
Trenirensis operam suam nauat fideliter, & solus  
cum Luthero agit, petens, ut ipse pro suo iudicio  
indicit, quomodo medendum sit tam graui & pe-  
riculoſo incendio. Lutherus respondet, Gama-  
lielis Consilium, Act. 5. esse omnium optimum,  
Si res hæc ex Deo sit, non posse eam conuelli, si ve-  
rò ex hominibus sit, sua sponte eam corruituram  
esse, seq; certior scire, intra biennium aut triennium  
suam doctrinam, si non sit à Deo, collapsuram  
esse ultrò. Trenirensis rursum inquit, tua scripta  
futuro Concilio si summittas, quid facies, si articuli  
certi